

templum di sicut silo. ubi fuit tabernaculum. cumque tem-
 plum destructum fuerit. consequenter & uirtus erit in ma-
 ledictionem cunctis gentibus terrae; Sicut autem
 exstructo templo in aere ornate. & in monte moria
 hoc est uisionis. in quo abraham isaac filium obtulit se-
 curus. Cessauit religio silo. nec postea ibi sum-
 celebrata sacrificia. sic exstructa ecclesia & spiritalibus
 in ea uictimis immolatis. cessauerunt legis ceremoniae.
 & data est urbi iudaeorum in maledictionem. cunctis gen-
 tibus terrae. de quo nos dñs liberauit. Dicente aposto-
 lo. xps redemit nos de maledictione legis. factus pro nobis
 maledictio; & audierunt sacerdotes. & prophetae. siue
 pseudo prophetae. & omnis populus. hieremiam loquentem
 uerba haec in domo dñi. Cumque complexus hieremi-
 cus loquens amicum quae praeeperat ei dñs. ut loqueretur
 ad unumquemque populum. apprehenderunt eum sacer-
 dotes & prophetae. siue pseudo prophetae & omnis popu-
 lus dicens. mor temoriatur. quia propheta uirtus in nomine
 dñi. dicens. sicut silo erit domus haec. & urbs ista desolabitur
 eo quod non sit habitator; Sacerdotes & prophetae quos
 pseudo prophetae. lxx manifestius translulerunt. tras-
 cuntur hieremiae quod uerum praedicat. & subuerso
 templo & uirtute. deserta sit pertura relegio. & lucra
 & religione uementia. idcirco apprehendunt eum &